


## AD LAUDES.


*Quoties Laudes a Matutino separentur, dicitur secreto Pater noster et Ave, Maria; secus absolute incipitur a sequenti*

1. Ant.    
 1. f   
 **E** Xsultábunt Dómino \* óssa humi-li- á-ta.

## Psalmus 50.



I. Mi-serére mé- i Dé- us, \* secúndum mágnam mi-



se-ricórdi- am tú- am.

2. Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum, \* déle iniquitátem méam.

3. Amplius láva me ab iniquitáte méa : \* et a peccáto méo munda me.

4. Quóniam iniquitátem méam égo cognóscó : \* et peccátum méum contra me est sémper.

5. Tibi sóli peccávi, et málum eóram te féci : \* ut justificéris in sermónibus tuis, et víncas cum *judicáris*.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum : \* et in peccátis concépit me *máter méa*.

7. Ecce enim veritátem dilexisti : \* incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti míhi.

8. Aspérges me hyssópo, et mundábor : \* lavábis me, et super nivem dealbábor.

9. Auditui méo dábis gáudium et lætitiám : \* et exsultábunt óssa humiliáta.

10. Avérte faciém túam a peccátis méis : \* et ómnes iniquitátes méas déle.

11. Cor múndum créa in me Déus : \* et spíritum réctum innova in viscéribus méis.

12. Ne projicias me a fácie túa : \* et spíritum sánctum túum ne áuferas á me.

13. Rédde míhi lætítiam salutáris túi : \* et spírítu principáli *con-*  
*firma* me.

14. Docébo iníquos vías túas : \* et ímpii ad te *converténtur*.

15. Líbera me de sanguínibus Déus, Déus salutis méæ : \* et  
exsultábit língua méa *justítiam* túam.

16. Dómine lábia méa apéries : \* et os méum annuntiábit *láudem*  
túam.

17. Quóniam si voluísseis sacrificium, dedissem útique : \* holo-  
cáustis non *delectáberis*.

18. Sacrificium Déo spíritus contribulátus : \* cor contrítum et  
humiliátum Déus *non despicias*.

19. Benigne fac Dómine in bóna voluntáte túa Sion : \* ut ædifi-  
céntur múri Jerúsalem.


20. Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes et holocáu-  
sta : \* tunc impónent super altáre *túum* vítulos.

21. Réquiem ætérnam \* dóna éis Dómine.

22. Et lúx perpétua \* lúceat éis.



Exsultábunt Dómino óssa humi-li-á-ta.




**E** Xáudi Dómine \* ora-ti-ónem mé-am : ad te



ómnis cá-ro véni-et.

Psalmus 64.



I. Te decet hýmnus Dé-us in Sí-on : \* et tibi reddétur



vótum *in* Jerúsalem. *Flexa* : á-quis, †

2. Exáudi oratióem méam : \* ad te ómnis cáro véniet.

3. Vérba iniquórum prævaluérunt super nos : \* et impietátibus nóstris tu propitiáberis.

4. Beátus quem elegísti et assumpsísti : \* inhabitábit in átriis tuis.

5. Replébimur in bónis dómus túæ : \* sánctum est témplum túum, mirábile in æquitáte.

6. Exáudi nos Déus salutáris nóster, \* spes ómnium fínium terræ, et in mári lónge.

7. Præparans móntes in virtúte túa, accíntus poténtia : \* qui contúrbas profúndum máris, sónum flúctuum éjus.

8. Turbabúntur géntes, et timébunt qui hábitant términos a signis tuis : \* éxitus matutíni et vespere delectábis.

9. Visitásti térram et inebriásti éam : \* multiplicásti locupletáre éam.

10. Flúmen Déi replétum est áquis, † parásti cíbum illórum ; \* quóniam ita est præparátio éjus.

11. Rívos éjus inébria, múltiplica genímína éjus : \* in stillicídiis éjus lætábitur gérminans.

12. Benedíces coronæ ánni benignitátis túæ : \* et cámpi túi replebúntur ubertáte.

13. Pinguéscent speciósa deséрти : \* et exsultatióne cólles accingéntur.


14. Indúti sunt arietes óvium, † et válles abundábunt fruménto : \* clamábunt, étenim hýmnum dícent.

15. Réquiem ætérnam \* dóna éis Dómine.

16. Et lux perpétua \* lúceat éis.



Exáudi Dómine ora-ti-ónem mé-am : ad te



ómnis cá-ro véniet.

3. Ant.

7. c

**M**

E suscé-pit \* déxtera tú-a, Dómine.

## Psalmus 62.



I. Dé- us, Dé- us mé- us \* ad te de lú- ce ví- gi- lo.



*Flexa* : inaquósa : †

2. Sitívit in te ánima méa, \* quam multipliciter tibi cáro méa.

3. In térra desérta, et ínvia, et inaquósa : † sic in sáncto appá-  
rui tibi, \* ut vidérem virtútem túam, et glóriam túam.

4. Quóniam mélior est misericórdia túa súper vítas : \* lábia  
méa laudábunt te.

5. Sic benedícam te in víta méa : \* et in nómine túo levábo  
mánus méas.

6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima méa : \* et lábiis  
exsultatiónis laudábit os méum.

7. Si mémor fúi túi super strátum méum, † in matutínis medi-  
tábor in te : \* quia fuísti adjútor méus.


8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhæsit ánima  
méa post te : \* me suscepit délixtera túa.

9. Ipsi vero in vánum quæsiérunt ánimam méam, † introíbunt  
in inferióra térræ : \* tradéntur in mánus gládii, pártes vúlpium  
érunt.


10. Rex vero lætábitur in Déo, † laudabúntur ómnes qui júrant  
in éo : \* quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

11. Réquiem ætérnam \* dóna éis Dómine.

12. Et lúx perpétua \* lúceat éis.




Me suscepit délixtera tú-a, Dómine.



**A**

pórta ínferi \* éru-e, Dómine, ánimam mé-am.

## Canticum Ezechiae.



1. Ego díxi : In dimídi- o di- é-rum me- ó- rum, \* vadam



ad pórtas ínferi. *Flexa* : fíni-es me : †

2. Quæsívi resíduum annórum meórum : \* díxi : Non vidébo Dóminum Déum in térra vivéntium.

3. Non aspíciam hóminem últra, \* et habitatórem *quiétis*.

4. Generátio méa abláta est, et convolúta est a me, \* quasi tabernáculum *pastórum*.

5. Præcísá est velut a texénte víta méa : † dum adhuc ordírer succídit me : \* de mane usque ad vésperam *fínies* me.

6. Sperábam usque ad mane : \* quasi léo sic contrívit ómnia óssa méa.

7. De mane usque ad vésperam *fínies* me : † sicut púllus hirúndinis sic clamábo, \* meditábor ut *colúmba*.

8. Attenuáti sunt óculi méi, \* suspiciéntes in *excélsu*m.

9. Dómine vim pátiór, respónde *pro* me. \* Quid dícam, aut quid respondébit míhi, cum *ipse* fécerit?

10. Recogitábo tibi ómnes ánnos méos, \* in amaritúdi-ne *ánimæ* méæ.

11. Dómine si sic vívitur et in tálibus víta spíritus méi, † corrípies me et vivificábis me. \* Ecce in páce amaritúdo méa *amaríssima*.

12. Tu autem eruísti *ánimam* méam ut non períret : \* projecísti post térgum túum ómnia peccáta méa.

13. Quia non inférnus confitébitur tibi, † neque mors laudábit te : \* non exspectábunt qui descéndunt in lácum veritátem túam.

14. Vívens vívens *ipse* confitébitur tibi, sicut et égo hódie : \* páter filiis nótam fáci-et veritátem túam.

15. Dómine sálvum mé fac : \* et psálmos nóstros cantá-bimus cúnctis diébus vítæ nóstræ in *dómo* Dómini.

16. Réquiem ætérnam \* dóna éis Dómine.

17. Et lux perpétua \* *lúceat* éis.

Anti-  
phona.


A pórtá ínferi éru-e, Dómine, ánimam mé-am.

3. Ant.  
7. a


V O

-mnis spí-ritus \* láudet Dóminum.

## Psalmus 150.



1. Laudáte Dóminum in sánctis é- jus : \* laudáte é-um


in firmaménto virtú- tis é- jus. *Flexa* : benesonánti-

bus : †

2. Laudáte éum in virtútibus éjus : \* laudáte éum secúndum  
multitúdinem magnitúdinis éjus.3. Laudáte éum in sóno túbæ : \* laudáte éum in psaltério et  
cithara.4. Laudáte éum in týmpano et chóro : \* laudáte éum in chórdis  
et órgano.5. Laudáte éum in cýmbalis benesonántibus : † laudáte éum in  
cýmbalis jubilatiónis : \* ómnis spíritus láudet Dóminum.

6. Réquiem ætérnam \* dóna éis Dómine.

7. Et lux perpétua \* lúceat éis.

Anti-  
phona.

Omnis spí-ritus láudet Dóminum.



V. Audívi vócem de cælo dicéntem mí-hi.




R̄. Be-á-ti mórtu-i qui in Dómino mo-ri-úntur.

Ad Benedictus, Antiphona.

2. D


**E**



-go sum resurrécti-o et ví-ta : qui crédit in




me, ét-i-am si mórtu-us fú-e-rit, vívet : et ómnis qui



vívit et crédit in me, non mo-ri-étur in ætérnum.

Canticum Zachariæ.



I. Benedíctus Dóminus Dé-us Isra-el : \* qui-a vi-sitávit,



et fécit redempti-ónem plébis sú- æ.

2. Et eréxit córnu salutis nóbis : \* in dómo Dávid púeri súi.

3. Sicut locúsus est per os sanetórum, \* qui a sæculo sunt, prophetárum éjus :

4. Salútem ex inimícis nóstris, \* et de mánu ómnium qui odérunt nos :

5. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : \* et memorari testamenti sui sancti.

6. Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, \* datum se nobis.

7. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, \* serviamus illi :

8. In sanctitate et justitia coram ipso, \* omnibus diebus nostris.

9. Et tu puer propheta Altissimi vocaberis : \* praebis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

10. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : \* in remissionem peccatorum eorum :


11. Per viscera misericordiae Dei nostri : \* in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

12. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent : \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

13. Requiem aeternam, \* dona eis Domine.

14. Et lux perpetua \* luceat eis.


Anti-  
phona.



Ego sum resurrectio et vita : qui credit in



me, etiam si mortuus fuerit, vivet : et omnis qui



vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

*Deinde flexis genibus : Pater noster. secreto usque ad*

*Ps. Et ne nos inducas in tentationem.*

*R. Sed libera nos a malo.*

### Psalmus 129

*Qui non dicitur in die obitus seu depositionis Defuncti, neque aliis diebus quibus Officium recitatur ritu duplici.*

**D**



E profundis clamavi ad te Domine : \* Domi-



ne, exáudi vócem **mé-** am.

2. Fiant áures túæ *intendentes* \* in vócem deprecatiónis *méæ*.
3. Si iniquitátes observáveris **Dómine** : \* **Dómine**, quis sustinébit?
4. Quia apud te propitiátio est : \* et propter légem túam sustínui te **Dómine**.
5. Sustínuit ánima méa in *verbo* **éjus** : \* sperávit ánima méa in **Dómino**.
6. A custódia matutína usque ad nóctem, \* spéret Israel in **Dómino**.
7. Quia apud **Dóminum** misericórdia : \* et copiósa apud éum redéemptio.
8. Et ipse *redimet* **Israel** \* ex ómnibus iniquitátibus **éjus**.
9. Réquiem *ætérnam* \* dóna éis **Dómine**.
10. Et *lux perpétua* \* lúceat éis.

*Deinde :*

*V.* A pórtá inferi.

*R.* Erue **Dómine** ánimam **éjus** [ánimas eórum].

*V.* Requiéscat in páce. [Requiéscant in páce]. *R.* Amen.

*V.* **Dómine** exáudi oratiónem méam.

*R.* Et clámor méus ad te véniat.

*V.* **Dóminus** vobíscum. *R.* Et cum spíritu túo.

*Et dicitur Oratio Officio congruens, ut supra in Vesperis, 22; deinde*  
*V.* Réquiem aetérnam, etc., 25.

*In Exsequiis vero Defuncti, præsente corpore, dicuntur in fine*  
*Laudum Preces et Oratio ut supra, 5.*

